

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum virtutes intellectuales maneant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. LXVII.

Homines enim in statu futuræ gloriae erunt similes angelis, ut dicitur Matth. 22. sed ridiculum est, in angelis ponere virtutes morales, ut dicitur in 10. Ethicorum. * ergo neque in hominibus post hanc vitam erunt virtutes morales.

P 2 Præt. Virtutes morales perficiunt hominem in vita actua: sed vita actua non manet post hanc vitam, dicit enim Gregor. in 6. Mora. † Actiuæ vita opera cum corpore transiunt, ergo virtutes morales non manent post hanc vitam.

P 3 Præt. Temperantia & fortitudo, quæ sunt virtutes morales, sunt irrationalium partum, ut Philosophus dicit in 5. Ethic. * sed irrationales partes animæ corrumpunt corrupto corpore, eo quod sunt actus organorum corporalium. ergo uidetur quod virtutes morales non manent post hanc vitam.

SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 1. quod iustitia perpetua est & immortalis.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit in 14. de Trinit. * Tullius posuit post hanc vitam quatuor virtutes Cardinales non esse: sed in alia vita homines esse beatos sola cognitione naturæ, in qua nihil est melius, aut amabilius, ut Aug. dicit ibidem. * ea. s. natura, quæ creavit omnes naturas. Ipse autem postea determinat huiusmodi quatuor virtutes in futura vita existere, tamen alio modo. Ad cuius evidentiam sciendum est, q[uod] in huiusmodi virtutibus aliquid est formale, & aliquid quasi materiale. Materiale quidem est in eis virtutibus inclinatio quedam partis appetitiva ad passiones, vel operationes s[ecundum] modum aliquem: sed quia iste modus determinatur a ratione, ideo formale in omnibus virtutibus est ipse ordo rationis. Sic igitur dicendum est, q[uod] huiusmodi virtutes morales in futura vita non manent, quantum ad id quod est materiale in eis. Non enim habebunt in futura vita locum concupiscentiarum, & delectationes ciborum, & venereorum: neque etiam timores & audacia circa pericula mortis: neque etiam distributiones & communicationes rerum quæ veniunt in usum presentis vita. Sed quantum ad id quod est formale, remanebunt in beatis perfectissime post hanc vitam, inquantu[m] ratio vniuersalique rectissima erit circa ea, quæ ad ipsum pertinent secundum statum illum: & vis appetitiva omnino mouebitur secundum ordinem rationis in his quæ ad statum illū pertinent. Vnde Aug. * ibidē dicit, q[uod] prudentia ibi erit sine vlo periculo erroris: fortitudo sine molesta tolerandoru[m] maloru[m]: temperantia sine repugnatione libidinū, ut prudentia sit nullum bonū Deo præponere, vel æquare: fortitudinis ei firmissime inhærere: temperantie nullo defectu noxio delectari: de iustitia vero manifestius est quæ actum ibi habebit. s. esse subditū Deo: quia etiā in hac vita ad iustitiam pertinet esse subditū superiori.

AD PRIMUM ergo dicendum, q[uod] Philosophus loquitur ibi de huiusmodi virtutibus moralibus, quantum ad id quod materiale est in eis: sicut de iustitia, quantum ad communicationes & distributiones: de fortitudine, quantum ad terribilia & pericula: de temperantia, quantum ad concupiscentias prauas. Et similiter dicendi est ad SECUNDUM. Ea enim q[uod] sunt actiuæ vita, materialiter se habent ad virtutes.

AD TERTIUM dicendum, q[uod] status post hanc vitam est duplex, unus quidem ante resurrectionem, q[uod] anima erunt a corporibus separatae. Alius autem post resurrectionem, q[uod] anima iterato corporibus suis vniueretur. In illo ergo resurrectionis statu erunt vires irrationalies in organis corporis, sicut & nūc sunt. Vnde & potest.

ARTIC. II.

Fterit in irascibili esse fortitudo, & in concupiscenti temperantia, inquantu[m] vtraq[ue] vis perfecte erit disposita ad obediendum rōmī: sed in statu ante resurrectionem partes irrationales non erunt actu in aia, sed solum radicaliter in essentia ipsius, ut in 1. dictum est, vnde nec h[ab]ent virtutes erunt in actu nisi in radice, in rōne & voluntate, in quibus sunt seminaria quædā harum virtutum, ut dictum est: * sed iustitia quæ est in voluntate, etiā actu remanebit, unde specialiter de ea dictum est, * q[uod] est perpetua & immortalis, tū rōne subiecti, quia voluntas incorruptibilis est, tum etiam propter similitudinem actus, ut prius dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtutes intellectuales manent post hanc vitam.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, q[uod] virtutes intellectuales non manent post hanc uitam. Dicit enim Apolit. 1. ad Cor. 13. q[uod] scientia destruetur, & rō est: q[uod] ex parte cognoscimus. Sed si cognitio scientia est ex parte, id est, imperfecta: ita etiam cognitio aliarum virtutum intellectuum, quandiu hæc uita durat, ergo omnes virtutes intellectuales post hanc uitam cessabunt.

P 2 Præt. Philosophus dicit in Predicamentis, * q[uod] scientia cu[m] sit habitus, est qualitas difficile mobilis, non enim de facili amittitur, nisi ex aliqua forti transmutatione, vel ægritudine: sed nulla est tāra trāmutatio corporis humani sicut per mortem. ergo scientia & aliæ uirtutes intellectuales non manent post hanc uitam.

P 3 Præt. Virtutes intellectuales perficiunt intellectū ad bene operandum proprium actuū: sed actus intellectus non uidetur esse post hanc uitam, eo quod nihil intelligit anima sinephantasmate, ut dicitur in 3. de anima. * Phantasma autem post hanc uitam non manent, cum non sint nisi in organis corporalium: ergo uirtutes intellectuales non manent post hanc uitam.

SED CONTRA est, quod firmior est cognitio uniuersalium & necessariorum, quam particularium & contingentium: sed in homine remanet post hanc uitam cognitio particularium contingentium, puta, corū quæ quis fecit, vel passus est, secundum illud Luc. 16. Recordare, quia recipisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, ergo multo magis remanet cognitio uniuersalium & necessariorum, quæ pertinet ad scientiam, & ad alias uirtutes intellectuales.

RESPON. Dicendum, q[uod] sicut in 1. dictum est, * quidam posuerūt q[uod] sp̄es

T Super Quatinus 67. Articulum secundum. Tex. 8. to. 1.

I 67. q. dubium p[ro]mo occurrit, quo p[ro]mo est verum, q[uod] species intelligibilis non conseruatur in intellectu p[ro]positi, quod scientia nō modo remanetur. Autem, cuius est illi p[ro]positio, dicit remanere habilitatem intellectus ad recognoscendum ab intelligentia, que p[ro]cipit, & ita habilitas dicitur dignitatis. 14. & 2.

¶ Ad hoc dicitur, q[uod] author ut apparent secundo coram Genes. cap. 7. 4. p[ro]p[ter]a damnationem male possit, & p[ro]p[ter]ea non ex intentione illius opinions, sed ex intentione antichristi determinata, q[uod] scientia & virtutes intellectuales nō mollescantur, nec formaliter id est, nec materialiter remaneant, &c. 1. p[ro]p[ter]ea.

¶ Dubium secundum in eodem loco occurrat, quare autem de uirtutum intellectuum duracione tractans, eas illas taceat & de proprie tate earum quae in corporis earum speciem inveniuntur, q[uod] scientia & phantasmata, & phantasmata, & corporis, tam enim op[er]um est, q[uod] uirtus intellectus est, q[uod] scientia & intelligibilis, & inveniuntur in intellectu p[ro]posito. 14. & 2.

¶ Ad hoc dicitur, q[uod] scientia in tanto certior est, & remanet ab operatione, q[uod] video amittitur, & permisit opinioneibus de esse habendis, & radice accidere, & ceteris, q[uod] intelligibilis, & inveniuntur in intellectu p[ro]posito. 14. & 2.

¶ q[uod] sicut prima erit in articulo, q[uod] in intellectu, in ex parte. 14. & 2.

lis remanentibus virtutes intellectuales coadunatur remaneretur formaliter. sive enim principia formalia omnis intellectus, cum omnis intellectus sit ab intellectu in actu per species intelligibilis. Secundum dicitur, quod auctor minus dicit, & plus intendit: nam per species intelligibiles intelligit ipsas, & quocunque aliud: tamen enim hoc in virtutibus intellectibus tenet se ex parte formalis, & phantasmata cum permanentibus ad ea ex parte materialis. Rationaliter est autem sic exponere huc locum: quoniam qualitas est de virtutibus in anima, ut separatur a corpore; ac per hoc quicquid se reuet ex parte anime, computatur pro vno & formaliter quicquid aut ex parte corporis, pro alio vno & materiali. Nominavit autem illud formale a speciebus intelligentibus, vocationibus, prioribus, & formalioribus, secundum sui genus.

Dicitur. Vnde intellectuales virtutes manent post hanc vitam, quantum ad id quod est formale in eis, non autem quantum ad id quod est materiale, sicut & de moralibus dictum est. *

AD PRIMUM ergo dicendum, quod verbum Apostoli est intelligentum quantum ad id, quod est materiale in scientia, & quantum ad modum intelligendi: quia scilicet neq; phantasmata remanebunt destruendo corpore, neq; erit vultus scientie per conversionem ad phantasmata.

AD SECUNDUM dicendum, quod per gradus corrumpitur habitus scientiae quantu ad id quod est materiale in eo, quantum adphantasmata, non autem quantum ad species intelligentibus, quae sunt in intellectu possibili.

AD TERTIUM dicendum, quod anima separata post mortem, habet alium modum intelligendi, quod per conversionem ad phantasmata, ut in primo dictum est. * & scientia maneat, non tamen eundem modum operandi, sicut & de virtutibus moralibus dictum est. *

ARTICVLVS III.

Vtrum fides maneat post hanc vitam.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod fides maneat post hanc vitam. Nobilior enim est fides, quam scientia: sed scientia maneat post hanc vitam, vt

intelligibiles non permanent in intellectu possibili, nisi quodcumque actu intelligit: nec est aliqua conformatio specierum cessante consideratione actuali, nisi in viribus sensitivis, quae sunt actus corporalium organorum, scilicet, imaginativa & memorativa. huiusmodi autem res corruptunt corrupto corpore: & ideo secundum hoc scientia nullo modo post hanc vitam remanet corpore corrupto, neque aliqua alia intellectualis virtus. Sed hec opinio est contra sententiam Aristoteles, qui in 3. de anima dicit, * quod intellectus possibilis est in actu, cum sit singula sicut sciens, cum tamen sit in potentia ad considerandum in actu. Est etiam contra rationem: quia species intelligibiles recipiuntur in intellectu possibili, immobilitate secundum modum recipientis. vnde & intellectus possibilis dicitur locus specierum, quasi species intelligibiles conseruantur: sed phantasmata, ad quae respiciendo homo intelligit in hac vita, applicando ad ipsa species intelligibiles, ut in primo dictum est. * corrupto corpore corruptunt. vnde quantum ad ipsa phantasmata, quae sunt quasi materialia in virtutibus intellectibus, virtutes intellectuales destruuntur destruendo corpore. Sed quantum ad species intelligentibus, quae sunt in intellectu possibili, virtutes intellectuales manent: species autem se habent in virtutibus intellectibus sicut formales virtutes manent post hanc vitam, quantum ad id quod est formale in eis, non autem quantum ad id quod est materiale, sicut & de moralibus dictum est. *

BUT secundum. Fundamentum alind nemo potest ponere, prater id quod positum est, quod est Christus Iesus, id est, fides Christi Iesu: sed sublatto fundamento non remanet id quod superedificatur. ergo si fides non remanet post hanc vitam, nulla alia virtus remaneret.

CONTRARIO. Praterea. Cognitio fidei, & cognitio gloriae differunt secundum perfectum & imperfectum: sed cognitio imperfecta potest esse simul cum cognitione perfecta. sicut in Angelo simul potest esse cognitio vespertina cum cognitione matutina, & aliquis homo potest simul habere de eadem conclusione scientiam per syllogismum demonstrativum, & opinionem per syllogismum dialecticum. ergo etiam fides simul esse potest post hanc vitam cum cognitione gloriae.

SED CONTRARIO. Apostolus dicit 2. ad Corint. 5. Quia sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: per fidem enim ambulamus & non per speciem: sed illi qui sunt in gloria, non peregrinantur a Domino, sed sunt ei presentes. ergo fides non maneat post hanc vitam in gloria.

DESPON. Dicendum, quod oppositio est per se & propria causa, quod unum oppositum excludit ab alio, in quantum scilicet in omnibus oppositis includitur oppositio affirmationis & negationis. Invenitur autem in quibusdam oppositio secundum contrarias formas, sicut in coloribus album & nigrum: in quibusdam autem secundum perfectum & imperfectum. vnde in alterationibus magis & minus accipiuntur ut contraria, ut cum minus calido fit magis calidum, ut dicitur in 5. Physic. * Et quia perfectum & imperfectum opponuntur, impossibile est, quod simul secundum id est sit perfectio, & imperfectio. Est autem considerandum, quod imperfectio quidem quandoque est de ratione rei, & pertinet ad specie ipsius, sicut defectus rationis pertinet ad rationem speciei equi, vel bouis. Et quia unum & idem numero manens non potest transferri de una specie in aliam, inde est quod tali imperfectione sublata, tollitur species rei: sicut iam non est bos, vel equus, si est rationalis. quodque vero imperfectio non pertinet ad rationem speciei, sed accidit individuo animali aliud: sicut alicui homini

Prima Secunda S. Thomæ.

1. quæst. secunda secundæ, ideo hic pertransito: quia ramen hic fundamenta iacuntur, pro intellectu terminorū, duo notanda sunt. Primum est, quod praesens articulus de fide, & sequens de spe, directe loquitur de actibus fidei, & spei, & non de habitibus. In quinto nanj. art. cōfūmmanus author questionem de fidei & spei duratione, de habitu duratione determinat quid sentientiam, ut ibi parebit. Que igitur de fide & spe in his duabus legis articulis, ad actus earum refer. Secundum est, quod cum dicitur, quod fides importat imperfectiōne ex parte subiecti, potest bene & male intelligi, vel non intelligi: & consequenter errare in principijs. Si quis enim intelligat eam dicere imperfectiōne ex parte subiecti, quia ponit actū imperfectum, seu diminutum in subiecto, erat. Nam cognitio per medium probabile alicuius conclusionis demonstrabilis ponit etiam actū imperfectum, seu di minimū in subiecto: & tamen non est fides, nec incompossibilis scientia. Nam cum scientia ciuidem in eodem subiecto, ut in litera dicitur, non est igitur sermo, quod habitus fidei inclinat subiectū in actū imperfectū, ut multi videntur intelligere. Quamvis enim hoc uerum sit de actu & habitu fidei, non tamē hoc est intentū. hec n. imperfectio est cōsideratio sibi, & opinioni, & cognitioni probabili: sermo autē præsens est de imperfectione propriæ fidei, qua distinguuntur ab alijs, & de quod tener se ex parte subiecti. Rursus tamen hoc, differentia tamen perfecti & imperfecti cum ex parte subiecti est, est tamen quid, & non simpliciter: quoniam ex hoc non habetur, quod subiectū absolute non videat illud creditum, sed quod subiectū in quantum est sub illo habitu, vel actu, non videt illud creditum, ut patet in

tex. 19. to. 2.

S 4 litera